

suis amictus vestibus circumora-
 bitur . Interea vero illa pera-
 gat, quæ alii facere consueve-
 runt . Probetur etiam eo tem-
 pore exercitatione actuum hu-
 milium . Pelves lavet, Coqui-
 næ inserviat, domum verrat,
 christianæ demissionis, & pa-
 tientiae argumenta præbeat. Ob
 id reprehendetur publice, præ-
 fertim in Triclinio, humi ali-
 quando manducabit, aliaque
 jussu Præsidum exequetur humi-
 litatis, & afflictionis opera, ex
 quibus facile dignoscatur, an
 revera amet sui contemptum,
 an sibi, ac mundo mortuus sit,
 ut soli Deo, & in Deo, ac
 per Deum vivat, vitam suam
 libenter abscondens in Christo,
 qui propter nos opprobrium
 hominum ferri voluit, & abje-
 ctio plebis, absolutissimum vir-
 tutum omnium præbens exem-
 plum . Nulla personæ cujusque